



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvttelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XII. Megenzogus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

artificiorum subtilitate incomparabiliter dicitur superasse, hac multis & miris ornatibus Ecclesiam nostram decoravit, non solum per semetipsam operando, seu tradendo, verum etiam alias multas, multa artificiorum genera docendo. Ad ultimum perfecte conuersa ad dominum, in proximo construxit monasterium sanctimonialium Bergen vocatum, quod regalibus, ut erat ditissima, redditibus locupletatum, & omni ornamentorum genere multifariam decoratum Romana Ecclesia specialiter tradidit. Quam traditionem Ioannes tunc Apostolicus privilegio suo, quod hodieq; nobiscum est, confirmavit, & omnes eidem monasterio aliquam iniustitiam facientes terribiliter anathematizavit.

Porro Bergæ iuxta infimum altare huiusmodi inscriptio legitur. Die Hochgeborne Fürstin/Bilidruet/Plangeborner Wittigkeit genant/ ein Tochter Herzog Iselbrechts von Nemelgam vnd Lothing / vnd Frauen Herwigen / des ersten Keyser Otto Schwester / Stiffte nach Abgang ihres Gemahels Herzog Berchtold in Bayern dis würdig Gottshaus / im 26. Jar / ihres wittiben Stands / nach der Gebure Christi DCCCC.LXXVI. De hoc Monasterio plura Hundius in Metropoli, & ruschius in Catalogo Monasteriorum. Situm est inter Eystadium & Neoburgum, Principis Palatini sem: olim Ordinis S. Benedicti. *100*

XII. Megengozus.

Hinc malus ipse malis Megengoz, largus egenis. Variè scribitur hoc nomen, ut pleraque alia huiusmodi: etiam Megingaudus inuenias & Megingaldus; hoc, nostro more, inquit Trithemius, lib. de origine Francorum; illud, consuetudine Sicambrorum L in V mutantium. Venit Megengozus Episcopatum annos XXIV. E
vuis

viuis abiit anno M. XIV. IV. Kalend. Maij, hoc est, XXVIII. Aprilis.

Fuit festiui & amœni ingenij, vt ex pluribus, quæ de illo narrat Anonymus Haserensis seu Hasenrieta- nus, planum fit; ex quibus hoc non est postremum, quod verbis ipsius Auctoris, tametsi incultis, recita- bo. Alio tempore, cum Iunior quidam Clericus, legatione Hazelini Wirzeburgensis Episcopi functus, ad eum veniret: videns eum, scilicet Clericum à longè, accipitrem in manu fe- rentem, vocat unum ex Camerariis suis, & ait. Sic & sic faci- to cum adueniente Clerico. At ille venienti occurrens, & de- scendentis equum deuotè suscipiens, addidit. Date mihi ad ser- uandum & accipitrem, donec vestram peragatis legationem. Clericus verò nihil mali suspicatus, statim tradidit alitem. At ille apprehensum per * liguras accipitrem, ter & quater in fa- ciem Clerici percussit; furcifer inquires, quomodo ausus es ad Episcopum venire huiusmodi alitem ferens? Confusus & do- lens Clericus ingreditur ad Episcopum, non iam legationis causa, sed querelarum; minitans hanc se contumeliam Domi- no suo lacrimabiliter conquesturum. Cui Episcopus; imò ego, inquit, nisi patienter feratis, mandabo Domino vestro quam inurbanè ad me venistis, & non solùm gratiam eius, sed & bo- na vestra, & ipsum ordinem perdam vobis. Vos equidem stul- tè egistis, stultè egit & meus, condonate alterutrum, quod in- uicem peccastis; & caute de cetero, ne vnquam ad me, vel ad aliquè Episcopum tam irregulariter veniatis. Deinde dona- tus & ipse non vili munere, abdicata iniuria, recessit in pac-

Non dissimile factum narrat Dietmarus Episco- pus Mersburgensis de Arnulpho Episcopo, cum in- quendam Presbyterum accipitrem manu gestantem incidisset. Historiam inuenies apud Dietthmarum lib. 6. Chronici.

Adda

* liguras.

Addamus & hoc ex eodem fonte haustum. Beata in Christo memoria Henricus Imperator, Babergensis Episcopatus institutor, cum solemnes, tam sibi, quam aliis ludos exhibere vellet, mandavit huic Episcopo nostro, suo verò propinquo, in parte consanguineo, ut plenum sibi in via Ratisponensi daret * seruitium, Archiepiscopo cuilibet non nihil for- * omnia necessa-
midandum. Cui cum Regius Legatus singulatim, quae danda ria ad Aula su-
essent, magnificè enumeraret, tandemq; ad immensam vine stentationem.
mensuram ventum esset, pessime, inquit, Dominus tuus aper-
te insanit. Vnde deberem sibi tantum seruitium dare, qui ne
memetipsum satis queo pascere? Ego quidem socius eius eram
genere, sed ipse fecit me rebus quasi pauperem parochianum;
& nunc regale postulat seruitium? Vnde sibi tot carradas vini?
Ego quidem de vino nihil habeo, nisi unam parvulam cerra-
dam, quam dedit mihi sodes * meus Augustensis Episcopus * socius, amicus.
tantum ad sacrificium. Dicebat autem Brunonem ipsius Im-
peratoris germanum fratrem. Per sanctum, inquit Villibal-
dum, ne una quidem gutta huius villæ intrabit in os Domini
tui. Tandem cum deseruisset ira eius, pretiosos Imperatori
aliquot pannos misit, & Legato dixit. Hoc voluit Dominus
tuus, hoc habeat: hoc est Eystettensium Episcoporum potius,
quàm plenum regibus dare seruitium.

In manuscripto Pontificali dicitur, S. Willibal-
dum hoc procurante Pontifice à Leone VII. Cano-
nizatum, & in Sanctorum numerum relatum esse.
Quod subsistere nequit, ut alibi monuimus, cum Leo
VII multis annis ante Megingozi Episcopatum vi-
tam finierit. Adscribam verba Pontificalis.

S. Villibaldus filius S. Richardi regis Angliæ, devotus
super terram Domino Deo, ab incarnatione Domini anno
DCC. XLV. primus Episcopus Ecclesie Aureatensis. quæ nunc
dicitur Eystettensis, factus est. Sedit in Episcopatu. XXXVI.

annis. Anno verò DCC. LXXXI. Nonis Iulij obiit. In medio cryptæ sepultus est septimo Idus Iulij. ubi requieuit CC. VIII. annis. Medio tempore Dominus Deus in laudem & honorem egregij Confessoris sui multa permisit fieri signa. Illa verò signa infinita, cum à Leone Papa VII. satis essent examinata, & coram eo probata, procurante venerabili Patre Domino Megengozzo, qui fuit duodecimus Episcopus Eystetensis post S. Villibaldum, laudabiliter canonizatus, & sanctorum Catalogo insertus est. Anno verò DCCCC. LXXXIX. X. Cal. Maij de terra in crypta primò eleuatus est, & ibidem retro altare S. Viti, sacrosagatus, ubi requieuit LXXII. annis. Illis temporibus S. Villibaldus multis vicibus manifestauit se, signa & miracula multa faciendo. Hæc ibi. Quibus quis, & quomodo verus sensus subesse queat, docui lib. I. obseruat. cap. 23.

* cumularius, siue sarcophago inclusus.

Huius primæ eleuationis memoria notatur in Calendario seu Necrologio ad X. Kal. Maij, hoc est ad diem XX. Aprilis, his verbis: *Eleuatio prima de terra corporis S. Villibaldi Confessoris & Episcopi anno 989.*

Idem Episcopus Megengozus lucernâ siue lychnuchum orbicularem seu circularem in medio Templi cathedralis in honorè S. Willibaldi conficiendum curauit; quales hodie adhuc passim in templis visuntur cum certo candelarum numero: *Pharos* appellabant. Adiecit Megengozus hos versiculos pro ratione æui illius bonos.

*Hanc Villibaldo pharum construxerat almus,
Præsul deuotus Mengosus nomine dictus,
Qui pius hunc sanctis precibus coniungit eundem,
Turmis Angelicis cœlesti nomine sanctis.
Hoc pater & natus, nec non & spiritus almus,
Efficiat firmum, fixum, solidumq; per æuum.*

Jater.

Interfuit Megingozus secundæ Synodo Franco-
furdienſi, in qua de Bambergensi Episcopatu condē-
do præcipuè actum est, subscripsitque vnâ cum aliis
præſulibus diplomati Ioannis Pontificis, quo confi-
lium Henrici Imperatoris de hoc Episcopatu insti-
tuendo approbat. Vide vitam S. Henrici cap. 10. &
notas nostras ad caput X. & XII. Nunquam tamen
consentire voluit, vt aliquid de Iurisdictione diocæ-
seos Eystettensis tolleretur, & Bambergensi adieceretur,
prout paulò post audies.

Centuriatores Magdeburgenses Cent. XI. cap. 10.
eùm apud Bruschiũ aliquid de canonizatione S. Wil-
libaldi lectitassent, continere se non potuerunt, quo-
minus calumniarentur Willibaldum in Deorum nu-
merum, more gentilium, relatum esse. At nec Eych-
stettenses, nec alij Willibaldum pro Deo, sed pro seruo
Dei habent, & colunt; & si vel ex infante quæras, num
Willibaldus sit Deus, sonora voce non esse Deum te-
stabitur, nec *canonizatio* est Deitatis, sed sanctitatis te-
stificatio, & publica declaratio.

XIII. Gundackarus seu Gunzo.

Hinc Gundackarus virtutum germine clarus.

Electus est anno Christi M. XI V. sedit annis quinq;.
Rebus mortalibus valedixit anno M. XIX, XIII.
Kalend. Ianuarias, hoc est XX. die Decembris. Sub
hoc Episcopo, tametsi volente & consentiente, non
modica terræ pars Diocæsi Eychstettensi abscissa; &
nouo Episcopatu Bambergensi adiecta est. De qua
re liber Pontificalis isthæc. *Anno Domini M. XV. tem-
pore Gundackari primi, Episcopi Eystettensis, diuisio eiusdem
sedis in terminis est facta, qua extenditur ad proximam ri-*